

CANDIDAM CANITIEM

IN

VENERANDO SENE,

VIRO PRÆMODUM REVERENDO, AMPLISSIMO ET EXCELLENTISSIMO,

DN. JOHANNESCHIEFERDECKERO,

CKERO,

THEOLOGO CELEBERRIMO, ET IN SENATU ECCLESIASTICO H. L. CONSILIARIO GRAVISSIMO,

ECCLESIE WEISSENFELSENSIS PASTORI ET SUPERINTENDENTI VIGILANTISSIMO, ET IN ILLUSTRIS AUGUSTEO THEOLOGIE P. P. OPTIME MERITO,


OSTENDIT ET SIMUL

FUNUS ILLIUS INDICIT

JOACHIMUS LEISTENIUS,
R. ET PP.

LEUCOPETRÆ,
CHARACTERE BRÜHLIANO.





Enem in domo bonum esse signum in domo, Ben Syra, (quem Judæi Prophetæ Jeremiæ nepotem fuisse credunt) dicere solitus est. Neque id temere dixit. Est enim senectus animæ propria, qua languente corpore, animus valet, sapientia viret, virtus floret, consilia vigent, morumque gravitas & suavitas crescit. Ubi vero sapientia & virtus domicilium figunt, ibi felicitas, quæ virtutis merces est, apicem occupat. Hæc propter non Romani solum antiquis temporibus viros, quibus corpus annis infirmum, ingenium vero prudentia validum fuit, ad clavum Reipublicæ locarunt; sed Israëlita etiam, Ægypto egressi, ad nutum supremi Numinis tribunalia sua non nisi cana sapientiæ mandaverunt, & hoc pacto rebus suis optime consuluerunt. Sicuti vero vita senum, si cum innocentia conjuncta est, publicæ & privatæ mortalium salutis plurimum commodat: ita mors illorum non raro cælum obnubilare, & insignem aliquam calamitatem pedissequam habere solet. Statim post fata *мангогъиотати* Methusalem aquæ diluvii universum terrarum orbem cooperuerunt, quas, eo vivente, justissimus scelerum vindex alveis suis se efferre prohibuerat. Et ubi D. Augustinus cælo receptus fuit, non multo post urbis & Ecclesiæ Hipponensis ruina secuta est, cuius ne spectator esset, ardentissimis precibus impetraverat. Nimirum, sicuti liquefacta nive, multum luti ubique cernitur: ita dissolutis & humanis rebus exentis piiis Simonibus, qui suspiriis atque consiliis suis Ecclesiam, & Rempublicam fulciunt, confusio sæpe & colluvio terris incumbunt. Avertat DEUS omen, ne Venerandi Senioris & Præfulis nostri, DN. JOHANNIS SCHIEFERDECKERI, magui nominis Theologi, obitus malum signum sit in nostra civitate, & sinistri quid portendat. Amisimus certe in hoc Presbytero magnum Theologiæ & sacræ Philologiæ lumen, magnum Sionis ornamentum, magnum Veritatis cælestis Doctorem & constantem assertorem, talemque Antifitem, qualem nec omnis
etas,

ætās, nec omnis tellus ferre solet, indeque non in parvo verfa-
mur metu imminentis alicuius caliginis, quam humilime ta-
men a DEO deprecamur, & ut in defuncti locum virum repo-
nere velit, qui tanto oneri ferundo par sit, maiestatem eius ve-
neramus.

Primam lucem Protomytha noster Cizæ, haud incelebri
Misnæ oppido ad Elystrum, haufit anno MDC XXXI. die 7.
Decembris, patrem naetus JOHANNEM, non nobilem qui-
dem, honestum tamen & pietatis, linguæ Latinæ & architecto-
nicæ studio conspicuum virum, matrem vero SUSANNAM,
Michælis Emmerlingii, civis & Architecti Zwickaviensis fi-
liam, feminam illis virtutum præfidiis munitam, quæ sequio-
rem sexum ornant maxime, & præcipue commendant. Ab his
liberaliter educatus & Musarum religioni addictus, patriam
scholam ingressus est, ad ruditatem ætatis suæ honestissimis do-
ctrinarum studiis abstergendam: ubi cum ex fideli informatio-
ne Rectoris M. Christiani Riecherti, & Conrectoris M. Davidis
Teubneri tantum Literarum apparatus sibi comparasset, ut
cum fructu in Academiam mitti potuerit, anno 1651. ingenii
sui supellectilem in celeberrimum Literarum emporium, quod
Lipsiæ floret, transtulit, ibique publice & privatim celeberr-
imos Theologos & Philosophos, nominatim B. Hülsemann-
num, Himmelium, Carpzovium seniore, Höpfnerum,
Heinrici & Kronmayerum attente audivit, exactoque trien-
nio, titulum & jura Magistri, Decano Preibifio, adeptus est:
ex quo cum disputando docendoque non vulgarem eruditionis
laudem sibi conciliasset, factum est, ut anno 1662. a Conli-
liario Camerae, Dn. Klemmio, Halam ad erudiendos ipsius
filios, & biennio post ad provinciam Rectoris & Professoris in
Illustri Augusteo administrandam vocaretur: quam Spartam
cum sexennium fere summa fide & dexteritate ornasset, anno
1670. post abitum D. Georgii Lehmanni, Pastor & Ephorus
Ecclesiæ nostræ a Gloriosissimo Germaniæ Primate & Duce
Saxonæ, DN. AUGUSTO, impositus, tandemque a Se-
renissimo, nunc Beatissimo Principe, DN. JOHANNE
ADOLPHO, in ordinem virorum, qui in Senatu Eccle-
siastico consilarii munere funguntur, cooptatus est, & ex his o-
mnibus functionibus tantum reportavit desiderii, quantum
reliquit exempli. Maritus bis factus, primum anno 1664. ubi
Lc&is-

Lectissimam castissimamque virginem, *MARIAM*, Johannis
Friderici Tirschii, Quæstoris Pegaviensis filiam, fœdese con-
nubiali sibi conjunxit. Deinde anno 1670. ubi post extinctam
in partu Mariam suam, Nobilissimam & virtutis studio florenti-
ssimam Virginem, *ANNAM DOROTHEAM*, Magni
Theologi, Dn. D. Olearii, Concionatoris Aulici primarii filiam,
nunc viduam mœstissimam, ritu solenni sanctoque in thorum
viduum duxit: ex qua duos filios *DN. JOHANNEM DA-
VIDEM*, Theologiæ Doctorem & *PP. & JOHANNEM*, Præ-
fectum Tautenburgensem, & unicam filiam, *SUSANNAM*,
Dn. Johanni Carolo Rittero, Jur. Practico & supremæ Curiæ pro-
vincialis, quæ Lipsiæ est, Procuratori &c. nuptam suscepit, & ex
ea quatuor palmites vidit. Johannam Susannam, Carolom Hein-
ricum, Charlottam Dorotheam & Annam Julianam, ex quibus
prima tantum invivis adhuc est. Quod vitam venerandi Præ-
fulis nostri attinet, inculcata illa tantoq; Antistite digna fuit, id
quod mecum omnes fatentur, qui mentem eius penitus cogni-
tam habuerunt: eoque factum puto, ut spatio 40. annorum bis
tantum cam morbo conflictatus fuerit, primum cum malo hy-
pochondriaco, quod anno 1678. in arcto vitæ mortisque confinio
ipsum posuit: deinde cum feбри, quæ sub initium huius anni senile
illius corpus ita affixit, ut feria quinta proxime præcedentis se-
ptimanæ inter preces & cantiones sacras sanctissimam animam
efflaverit, post quam paulo ante cœlestes dapes in S. S. cœna-
gustaverat. Cuius exuviæ cum hodie post horam secundam
pomeridianam efferendæ & terræ mandandæ sint. Vos, *CIVES
AUGUSTI*, collegii nostri nomine officii vestri admonco, postu-
loque, ut funus illius prolixo comitatu nobiscum prosequami-
ni, luctumque mœstissimæ viduæ & afflictorum Gnatorum fre-
quentia & præsentia vestra leniatis. *PP. die XIX. Janua-
rii Anno recuperatæ salutis M DCC V.*



Ung VI 3

W 18
V 17





AM CANITIEM
 IN
 ANDO SENE,
 M REVERENDO, AMPLIS-
 XCELLENTISSIMO,
 HANNE
 FERDE.
 KERO,
 EBERRIMO, ET IN SENA-
 L. CONSILIARIO GRAVISSIMO,
 IS PASTORI ET SUPERINTENDENTI VIGI-
 LLUSTRI AUGUSTEO THEOLOGÆ
 OPTIME MERITO,
 NDIT ET SIMUL
 ILLIUS INDICIT
 US LEISTENIUS,
 R. ET PP.

EUROPETRÆ,
 TERE BRÜHLIANO.

